



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines


Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.


We also ask that you:


- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>







DE
CLEANTHE DIVINITATIS ASSERTORE
AC PRAEDICATORE

SYMBOLARVM AD HISTORIAM PHILOSOPHIAE
PARTICVLA SECVNDA

PHILOSOPHIAE DOCTORVM

ET
AA. LL. MAGISTRORVM

RITE CREANDORVM SOLEMNIA

INDICIT
GVILIELMVS TRAVGOTT KRVG
ORDINIS PHILOSOPHORVM

H. T.
PROCELLARIVS.

LIPSIAE
LITTERIS STARITII, TYPOGR. VNIVERS.
MDCCCKIX.

THE UNITED STATES OF AMERICA

1900

DEPARTMENT OF THE INTERIOR


TO

THE SECRETARY OF THE INTERIOR

WASHINGTON, D. C.

RECEIVED

DEC 2 1900



Notissimam illam demonstrationem, quam Metaphysici argumentum pro existentia dei ontologicum vocant, non esse à **CARTESIO** profectam, quamvis saepenumero etiam argumentum Cartesianum appelletur, sed multo ante istum philosophiae recentioris statorem ab **ANSELMO**, philosopho scholastico seculi p. Ch. n. XI. eodemque archiepiscopo Cantabrigiensi, demonstrationem illam fuisse prolatam, viri docti, historiam philosophiae enarrantes, dudum monuerunt. Verumtamen neque hunc philosophum primum illius demonstrationis auctorem iure dici posse putamus. Nam ut in aliis rebus ad literas humaniores artesque liberales pertinentibus, quarum originem recentior aetas minus recte sibi vindicavit, ita et in hac veteres philosophi inventionis laudem recentioribus praeripuerunt. **CLEANTHES** enim, celeberrimus ille Graecorum philosophus, qui Zenoni in Stoa successit, ratione, si non prorsus eadem, certe admodum simili usus est ad demonstrandum, esse aliquam naturam divinam. Acute id iam vidit **IOHANNES ALBERTVS FABRICIUS**, quippe qui in editione operum **SEXTI EMPIRICI** (Lips. 1718. fol. p. 572. not. A.) ad eum locum, quo hicce auctor Cleanthis demonstrationem exposuit

IV

(adv. mathem. l. IX. seu adv. phys. l. I. §. 88—91.),
 lectores recte monens: „Puto,“ inquit, „haec Sextum
 „petiisse ex Cleanthis libro *περι θεων*, quem memorat Laer-
 „tius VII, 175. Argumentum autem idem est, quod S. An-
 „selmus Cantuariensis exponit in Monologio c. 3. nec non in
 „Prosologio c. 3. et in libello pro insipiente et contra insi-
 „pientem (Gaunilonem Monachum): „„Sic ergo vere
 „„est aliquid, quo maius cogitari non potest; ut
 „„nec cogitari possit non esse. Et hoc est: Tu
 „„Domine Deus noster!““

Est tamen quaedam differentia inter argumentationem
 Cleanthis et eam demonstrationem, quae, ab Anselmo pro-
 posita et a Cartesio, Leibnitio, Mendelssohnio, aliisque re-
 centioribus philosophis expolita ad perfectam, iam nunc argu-
 mentum ontologicum audit. Quod ut intelligatur, primum
 ipsam Cleanthis argumentationem, qualis a Sexto Empirico ser-
 vata est, una cum versione latina Gentiani Herveti, quam
 Fabricius in editione supra memorata verbis Sexti graecis ad-
 iunxit, proponamus, deinde vero eam paulo accuratius explicemus
 ac diiudicemus.

Est igitur, teste Sexto Empirico, Cleanthis argumentatio
 haec:

*Εἰ φύσις φύσεως ἐστὶ
 κρείττων, εἴη ἂν τις ἀρι-
 στη φύσις· εἰ ψυχὴ ψυχῆς
 κρείττων, εἴη ἂν τις*

Si est natura natura melior
 ac praestantior, erit etiam ali-
 qua optima ac praestantissima
 natura: si est anima anima
 melior et praestantior, erit

ἀριστη ψυχῇ· καὶ εἰ ζῶν
 τοίνυν κρείττον· ἐστὶ ζῶον,
 εἴη ἂν τι κρείττονον ζῶον.
 Οὐ γὰρ εἰς ἀπειρὸν ἐπι-
 πτεῖν πέφυκε τὰ τοιαῦτα·
 ὡσπερ οὐδὲ ἡ φύσις ἐδυ-
 ταστο ἐπὶ ἀπειρὸν ἀύξασθαι
 κατὰ τὸ κρείττον, οὐδ' ἡ
 ψυχὴ οὔτε τὸ ζῶον. Ἀλλὰ
 μὴν ζῶον ζῶον κρείττον
 ἐστὶ, ὡς ἵππος χελωνῆς, εἰ
 τυχοί, καὶ ταυρὸς ὄνου, καὶ
 λέων τευροῦ· πάντων δὲ
 σχεδὸν τῶν ἐπιγείων ζῶων
 καὶ σωματικῇ καὶ ψυχικῇ
 διαθέσει προεχρεῖ τε καὶ κρα-
 τιστενεῖ ὁ ἀνθρώπος· τοί-
 νυν κρείττονον ἂν εἴη ζῶον
 καὶ ἀριστόν. Καὶ οὐ παν-
 τι ὁ ἀνθρώπος κρείττονον
 εἶναι δύναται ζῶον· οἷον
 εὐθὺς, ὅτι δια κακίας πο-
 ρεῖται τὸν πάντα χρόνον,
 εἰ δὲ μὴ γέ, τὸν πλείστονον·
 καὶ γὰρ εἰ ποτε περιγεννοῖτο
 ἀρετῆς, οὐκ καὶ πρὸς τὰς
 τοῦ βίου δυσμαίους περιγίνεται·

etiam aliqua optima et prae-
 stantissima anima: et, si ergo
 est animal animali melius, et
 praestantius, erit aliquod ani-
 mal omnium optimum et prae-
 stantissimum. Ea enim suapte
 natura non cadunt in infinitum:
 ut neque natura poterat in in-
 finitum augeri in melius, nec
 anima, nec animal. Atqui ani-
 mal est animali praestantius, ut
 equus testudine, et taurus asino,
 et leo tauro: omnibus autem
 terrestribus animantibus et cor-
 poris et animae affectione homo
 est melior ac praestantior: erit
 ergo animal aliquod optimum
 et praestantissimum. Non pot-
 est autem homo esse animal
 praestantissimum et optimum:
 obstat enim statim, quod in vi-
 tiis versatur, si non omni, plu-
 rimo quidem certe tempore:
 nam si aliquando consequitur
 virtutem, sero et in vitae oc-
 casu eam consequitur: estque

επικηρον τε εστι και ασθενες,
 και μυριων δεομενον βοηθη-
 ματων, καθαπερ τροφης και
 σκεπασματων, και της αλλης
 του σωματος επιμελειας, πι-
 κρου τινος τυραννου τροπον
 εφεστωτος ημιν, και τον προς
 ημεραν δασμον απαιτουντος,
 και ει μη παρεχομεν, ωστε
 λουεν αυτο και αλειφειν και
 περιβαλλειν και τρεφειν, νο-
 σους και θανατον απειλουν-
 τος. ωστε ουτε τελειον ζων ο
 ανθρωπος, ατελες δε και πολυ
 κευρωσιμενον του τελειου. Το
 δε τελειον και αριστον κρειτ-
 τον μεν αν υπαρχοι του αν-
 θρωπου, και πασαις ταις
 αρεταις συμπεπληρωμενον,
 και παντος κακου ανεπιδε-
 πτον. τουτο δε ου διοισει
 θεου. εστιν αρα θεος

caducum animal et imbecillam,
 et quam plurimis egens auxi-
 liis et adminiculis, nempe ali-
 mento et vestimento, et aliis
 quae sunt necessaria ad geren-
 dam curam corporis, quod in-
 star alicuius saevi tyranni nobis
 praest, quotidianumque tribu-
 tum exigit, et nisi id exhibue-
 rimus, lavando, unguendo, ami-
 ciendo, (alendo), morbos et
 mortem munitur: quamob-
 rem neque perfectum animal
 est homo, sed imperfectum, et
 a perfecto multum remotum ac
 distans. Perfectum autem opti-
 mumque ac praestantissimum
 homine quidem melius ac prae-
 stantius fuerit, et omnibus virta-
 tibus absolutum et consummata-
 tum, et in quod nullum malum
 possit cadere: hoc autem a deo
 nentiquam differet: est ergo
 deus.

Iam vero totam hanc argumentationem propius conside-
 rantibus nobis facile patet, tribus eam constare partibus. Ac

prima quidem parte demonstratur, esse debere optimum quoddam ac praestantissimum animal ($\zeta\omega\omega\nu$ *), cum varia sint animalium genera, quorum unum alterum perfectione superet, nec fieri possit, ut varii perfectionis gradus in infinitum procedant. Altera parte probatur, hominem esse non posse animal illud optimum ac praestantissimum, propterea quod plurimis obnoxius sit vitiis, sive externam (physicam) sive internam (ethicam) eius indolem spectaveris. Tertia demique parte concluditur, animal illud non posse non esse deum, cum in ipsa dei notione hoc insit, ut tamquam natura omnibus numeris absoluta cogitetur.

Atqui habet sane quoad hanc ultimam partem argumentatio Cleanthis magnam cum argumento ontologico similitudinem. Nam in eo quoque dei existentia e notione naturae ab omni parte perfectae sive, ut Metaphysici

*) Cum vox graeca $\zeta\omega\omega\nu$ vivam quamlibet naturam, et latina vox animal, quidquid animatum est, significet, utriusque vocabulo germanicum Thier non satis respondet; hoc enim denotat corpus organicum, quod vivit et animatum est, adeoque completitur notam, quae illis vocabulis per se spectatis non subest. Hinc Graeci et Romani deum ipsum $\zeta\omega\omega\nu$ et animal appellare poterant; nobis autem non licet itidem dicere: Gott ist ein Thier, nisi forte deum et mundum cum Pantheistis unum eundemque esse putes, ita ut corpora coelestia et animalia omnia una cum plantis et lapidibus pro organis immensi illius animalis habeantur.

VIII

loquuntur, ex idea entis realissimi deducitur *). Differunt tamen inter se quodam modo. Nam ontologica demonstratio acquiescit in hac una notione ex ipsa rationis indole deprompta, neque spectat res experientia duce nobis cognitae. Cleanthis autem argumentatio ab experientia orditur, atque hac duce sensim sensimque adsurgit ad notionem animalis omnibus virtutibus praediti nullique vitio obnoxii. Altera igitur pura (simpliciter a priori) altera mixta (partim a posteriori partim a priori petita) est. Fatehdum tamen, Cleanthis demonstrationem ob istum cum experientia nexum haud firmiori nisi fundamento, quam Ontologicam. Nam vis eius primaria (nervum probandi Logici dicunt) pendet unice, ex illa rationis notione; id autem, quod ab experientia ductum est, inservit tantummodo notioni facilius efformandae.

Praeterea in prima demonstrationis Cleanthae parte latet vitium quoddam ipsi proprium. Precario enim sumitur, non posse varios perfectionis gradus in infinitum progredi. Verumenimvero quidni cogitari possit, res in mundi universitate obvias ita esse natura sua comparatas, ut altera superet quidem alteram perfectione sua, nulla autem tamquam perfectissima super reliquas omnes elata sit? Ac si vel hoc concedatur, nondum tamen inde efficitur, quod Cleanthi

*) Uberius exposuimus et diiudicavimus argumentum illud ontologicum in systemate nostro philosophiae theoreticae. P. II. Metaph. p. 182.

placet. Vti enim homo, quamvis, ut ait philosophus iste, et corpore et animo reliquis terrestribus animalibus omnibus melior ac praestantior sit, tamen a singulis quoad singulas virtutes superatur, v. c. a leone roboris vi, a cane odoratus subtilitate, ab aquila visus acie, a cervo pedum velocitate: ita fieri quoque posset, ut illud animal, quod in rerum universitate quoad totum ipsius habitum optimum ac praestantissimum esset, tamen aliis quoad singulas virtutes inferior esset *). Nisi igitur idea entis realissimi aliunde peteretur, omnis argumentatio Cleanthis corrueret ob vitium illud, quod Logici petitionem principii appellant.

Verumenimvero Stoicus iste quamquam minus bene versatus est in demonstrando, esse deum, idem tamen dei poten-

*) Quod perfectissimum est, si comparetur cum aliis rebus, propter id ipsum nondum est perfectum, si ipsum per se spectetur. Cleanthes igitur et hoc discrimen, quod gravissimi est in quaestione de deo momenti, inter perfectionem absolutam et relativam neglexisse videtur. Hinc nostrates quoque deum non perfectissimum (den Vollkommensten), sed simpliciter perfectum (den Vollkommenen) appellare deberent, uti vocabulum Gott non id quod optimum (das Beste), sed id quod absolute bonum est (das schlechthin Gute) denotat. Significantius igitur est hoc vocabulum, quam latinum deus et graecum θεός, quod, sive cum Platone a θεῖον, currere, sive cum aliis a θεῖον, ponere, derivetur, minus apte naturam undique perfectam designat.

X

tiam, sapientiam ac sanctitatem egregie praedicavit in praeclearo illo hymno, a IOHANNE STOBÆO in Eclogis suis (l. I. c. 3. p. 30 ss. ed. Heer.) servato atque inter reliquias poeseos Graecorum philosophicae, si non primum, ut nonnullis visum est, tamen haud infimum locum obtinente *). Qui quidem hymnus etsi a multis iam in varias linguas translatus est **), novum tamen eum in patrium idioma transferendi periculum facere placuit, ut luculentius appa-

*) Primus eum edidit, ex antiquo Stobaei Farnesino codice, FVLVIVS VRSINVS in Carmin. IX. ill. foem. et lyric. p. 272, deinde HENR. STEPHANVS in Poës. philos. p. 49., GVDWORTHVS in Syst. intell. T. I. p. 505. ed. Mosh. et BRVNCKIVS tum in Analect. T. II. p. 225. tum in Poet. gnom. p. 141. Separatim quoque editus est a multis, imprimis a FRID. GVIL. STVRZIO (Lips. 1785. 4.) et HERM. HEIM. CLVDIO (Goett. 1786. 8.). Ceterum quosdam nimios fuisse in laudando illo hymno putamus; saepius enim eadem repetit auctor, ita ut nonnumquam *βαττολογειν* videatur.

**) Sic v. c. latine eum reddiderunt ANDR. CHRIST. HENR. WEISS (in Progr. Rotenb. ad Tub. 1783. 4.) et HIERON. DE BOSCH (in Poemat. Trai. ad Rhen. 1803. 4.) franco gallice DE BOUGAINVILLE (Goth. 1781. 4.), germanice FRID. GEDIKE (in Teutsch. Mus. a. 1778. m. Iul.) et CAR. PHIL. CONZ (in Blumen, Phantasien und Gemälde aus Griechenland. Lips. 1793. 8.). Nulla harum versionum nobis ad manus fuit. Contulimus tamen aliam, eamque latinam, quae in Eclogis Stobaei ab Heerenio editis hymno graeco adiecta est. Haec autem paulo laxior esse et a graecis verbis interdum nimis recedere videtur, id

reret; quantum differat subtilitas atque adeo levitas demonstrationis metaphysicae ab ubertate et gravitate spiritus poetici, quamvis huius ipsius vim assequi nobis quidem haud licuerit. Sic autem fere hymnus ille habet:

Herr'ster der Götter, du Vielgenannter, du ewiger
Herrscher,

Zeus, der Natur Gebieter, das All nach Gesetzen regie-
rend,

Sei mir gegrüßt! Denn Sterblicher Pflicht ist's, dich zu
besingen.

Deines Geschlechts sind wir; denn uns nur wurde der
Rede

Kunst von allem, was Sterbliches lebt und webet auf
Erden.

Darum will ich dich singen, will stets dich, Mächtiger,
preisen.

quod statim initium probat. Tres enim priores versus ita red-
duntur:

Magne pater divum, cui nomina multa, sed una
Omnipoteus semper virtus, tu Iuppiter auctor
Naturae, certa qui singula lege gubernas,
Rex salve! Te nempe licet mortalibus aegris
Cauctis compellere.

Quanto brevius et gravius Cleanthes:

Κυδισι ἀθανάτων, πολυωνυμε, παγκρατες αιει,
Zeυ, φύσεως αρχηγε, νομου μετα παντα κυβερνων,
Χαιρε! σε γαρ πατρεσαι θεμις θνητοισι προσαυδαν.

XII

Deinem Winke gehorcht der erdumschließende Welt-
kreis,

Wie du ihn führst; und willig erkennt er dich als Be-
herrscher.

So auch hältst du den Diener in unüberwundener Rechte;
Ringsumgespitzt und flammend; den nie verlöschenden
Blitzstrahl.

Alles in der Natur erstarrt von seiner Berührung.
Durch ihn handhabst du das Gesetz, das alles umschlinget
Als gemeinsames Band, vom größten Gestirn bis zum
kleinsten.

O wie erhaben bist du, du höchster König des Weltalls!
Nichts geschieht ohne dich auf Erden, du Heiliger;
nichts am

Hohen ätherischen Pol, und nichts in den Tiefen des
Meeres.

Nur der Frevler Thaten erzeugt die eigene Thorheit.
Aber auch dieß Unrecht weist du zu richten; du ord-
nest

Ungeordnetes; und du befreundest, was sich befeindet.

Denn so fügtest in Eins du alles, Gutes und Böses,
Dass Ein großes Gesetz von Ewigkeit alles umfasst;
Dem von Sterblichen nur die Frevler nicht huldigen
wollen.

Unglückselige, die, so rastlos Gütern nachflend,
Nicht erschauen, nicht hören der Gottheit heiligen
Willen,

Dem zu folgen allein ein seliges Leben bereitet!
 Aber sie streben sofort ohn' Ehrbarkeit andre nach an-
 drem,
 Jene bestehend mit Fleiß die mühsamen Kämpfe der
 Ruhmsucht,
 Diese nur haschend Gewinn, den schnöden, der Sitte zum
 Hohne,
 Andere suchend die Ruh' und üppige Werke des Flei-
 sches,
 Stets mit thöriger Hast Entgegengesetztes verfolgend *).
 Drum, allgebender Zeus, du wolkenbewegender Blitz-
 herr **),
 Heile die Menschenkinder von ihrer traurigen Blindheit!

*) Versum mutilatum: *ἐν ἄλλοις δ' ἄλλα φέροντες*, quem codices ex-
 hibent, Brunckius omittit et Heerenius coniectando per *Πολλοὶ*
πολλὰ μογούσιν explet, vertendo contraximus cum sequenti, quam
 dubium sit, an Cleanthes ita scripserit. Vana insuper repetitio his
 verbis inesse videtur.

**) Sic reddidimus graecum *αρχικραυνε*, idque coniunximus cum prae-
 cedenti *κλεινεφες*, quod vulgo perperam commate interposito ab illo
 disiungitur. Respondent enim sibi *Ζευ πανδωρε* et *κλεινεφες*
αρχικραυνε, quorum illud ad benignitatem, hoc ad potentiam dei
 depingendam valet. Quod si cui vox Blitzherr, a nobis ad
 analogiam graecae recens formata, minus placuerit, hunc rogatum
 velimus, ut illius loco *Donner* ponat, quae vox solemnior est,
 quamvis minus praegnans videatur.

XIV

Vater, zerstreue den Nebel aus ihrer Seele, und lass
sie

Fassen den Rath, nach dem du das All mit Gerechtigkeit
leitest!

Dass wir geehret von dir auch dich anbeten mit Ehr-
furcht,

Deine Thaten ohn' Unterlass kündend, wie es geziemet
Sterblichen; denn kein Geschäft ist erhabner für Menschen,
und Götter,

Als das Gesetz, dem alles gehorcht, nach Würden zu
preisen.

Ita Cleanthes quidem asseruit ac praedicavit summi numinis vim ac maiestatem. Nobis vero, eam haud secus intimum pietatis sensu venerantibus, iam aliud incumbit officium. Instat enim tempus, quo summorum in philosophia honorum ab ordine nostro publice distribuendorum solemnia indicenda sunt. Solemnitas ipsa philosophiae doctoribus artiumque liberalium magistris rite creandis ac renuntiandis dicata celebrabitur in Collegio nostro die consueto anni proximi. Examina autem, quibus iis, qui honoribus istis ornari cupiant, profectuum suorum in philosophia artibusque liberalibus specimen edendi opportunitas praebeatur, instituentur die septimo decimo mensis Ianuarii, et qui praecedit

Saturni dies, petitioni est destinatus. Quapropter Candidatos Magisterii decentissime rogo, ut ante huncce diem nomina sua apud me profiteantur, persuasi, me ad omnia humanitatis officia ipsis praestanda omni tempore fore paratissimum.

Publice propositum in Universitate Literarum Lipsiensi,
Domin. I. Adv. Chr. A. MDCCCXIX.

